

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Svmmvla Selectarvm Qvaestionvm Regvlarivm**

**Bonagrata <von Habsheim>**

**Friburgi Brisgoiae, 1665**

§. 5. Resolutio ad mentem doctorum belgij

[urn:nbn:de:bsz:31-160625](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160625)

machæus, quem cum Vega, Veracrucio & alijs allegat P. Henric. Mayr. l. 6. R. P. Gobat inclytæ Societatis IESV Theol. Moral. Professor celebris, qui Controuersias istas præ cæteris omnibus, quos ego viderim, acuratissimè expendit in *Alphabero Matrimoniali* p. 1. casu 1. sect. 1. tota. Cas. 11. à n. 223. vsque ad n. 243. exclusiue. Casu 18. à n. 459. vsque ad n. 481. inclusiue. Rursus n. 520. & p. 2. casu 19. tota. in quibus partem priorum DD. ex instituto sectatur, ita tamen vt partem alteram impugnet quidem non tamen omninò improbet, quin tanquàm in praxi probabilem admittat, quasi quidam vtriusque Mediator, p. 1. casu 1. n. 55. & casu 18. n. 471. & 521. ac tandem casu 19. n. 710.

### §. 5. Resolutio ad mentem Doctorum Belgij.

**I**n hærendo fundamentis priorum DD. qui, cum Ecclesiæ sit summa potestas & aded constans voluntas, eius Decretis ac Declarationibus volunt heterodoxos nolentes volentes subiacere, propositiones controuersas ita resolues. Ad 1. ad obseruantiam SS. Canonum peræquè tenentur semper omnes baptizati, tam Catholici, quàm Acatholici, neque hos iuyat aut ab-

ulus,

usus, aut ignorantia. Lege de his P. Gobat  
*p. 1. casu 1. num. 19.* qui exinde *n. 50.* omnia  
 matrimonia Acatholicorum facta cum im-  
 pedimento Iuris Ecclesiastici irrita esse con-  
 cludit. Ad 2. tenentur quidem etiam hære-  
 tici ad obediendū in hoc statutis Ecclesiæ in  
 Synodo Trid. factis, in Parochiis tamen,  
 vbi Decretum illud matrimoniale promul-  
 gatum non est, validè matrimonia fiunt.  
 Declaratio S. Congregationis 1. a ex præ-  
 allegatis. P. Gobat *n. 36.*

In 3. 4. & 5. inualidè contrahitur, quan-  
 do potest haberi assistentia legitimi Paro-  
 chi, vel alterius habentis potestatem, ac tes-  
 tium. Declaratio præmemorata 2. 3. & fi-  
 nalis ad Casum Antuerpiensem. P. Gobat  
*Casu 17. n. 463.*

Circa casum 6. non esse legitimum ma-  
 trimonium, si qui se conferant ad locum, in  
 quo Concilium non est promulgatum sub  
 animo sine Parocho & testibus contrahen-  
 di, resoluit Barbosa in Concil Trid. *sess. 24.*  
*c. 1. n. 172.* post Aldan. ex quo refert sic ef-  
 se decusum in Colon. 5. Sept. 1626. & in An-  
 tuerp. 16. Dec. 1626. Idem tenet Sylu. vbi  
 supra, cum Ledesma, Roderiq. & Henriq.  
 Illos validè contrahere sustinet Stephanus à  
 S. Paulo, loco superius allegato, referens  
 ita sentire Lothum cum septem alijs proba-  
 bat

batis Authoribus, quia tales, inquit, jure suo utuntur, ac mala eorum intentio conferre quidem potest ad committendum peccatum, non tamen ad annullandum actum, cum intentio maneat in mente, nec influat in opus externum.

Vtrisque fauet P. Gobat *casu* 18. n. 484.

Ad 7. Diuortia contra præscriptum SS. Canonum contrahentium esse legitima, non propter autoritatem Ministrorum infidelium, sed intrinsecam inualiditatem. P. Gobat *p. 2. cas.* 19. n. 695.

Ad 8. Post conversionem ad fidem orthodoxam, nisi grauissima incommoda persuadeant relinqui coniuges illos in bona fide, suadendum vt denuò legitimè contrahant, nisi dirimens impedimentum obftet. Videfis circa hunc articulum P. Gobat *p. 1. cas.* 20.

### §. 6. Disceptatio partis aduersantis.

**I**N fauorem posteriorum Authorum facit resolutio certi casus, quam dedit quidam magnæ autoritatis & doctrinæ SS. Canonum Professor, quæ cum singularem contineat doctrinam, & momenta rationum vtrinque militantium accuratè expendat, verbo